

ANNO 1742. Reverendissimum Dominum Cardinalem de Tencin Ponen- tem, ad instantiam P. Marci Antonii Guarvii Diffinito- ris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Postulatoris specialiter deputati, in Congregatione Ordina- riarum ab ipso interventus Consultorum, Causam Canoniza- tionis Beate Joanne Valefse predictae, atque in ea di- scusso dubio: An sententia Reverendissimi Archiepiscopi Bituricensis Judicis a Sacra Rituum Congregatione De- legati, lata super publico cultu ab immemorabili tem- pore praedictae Beate exhibito, sine super casu excepto a Decretis sed. recor. Urbani Papae VIII. sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur: Sacra eadem Con- gregatio, R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Pro- motore in scriptis, & in voce prius audito, rescriber- dam censuit: Affirmative, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Hac die XIV. Aprilis 1742. Factaque deinde per me Secretarium de praedictis Sanctissimo Do- mino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè agnuit die XXI. ejusdem mensis, & anni.

F. J. A. Cardinalis Guadagni Pro-Praef. T. Patriarchae Hierosolymitanus Secr. Loco & Signilli.

Confirmatio Apostolica. §. 4. Quoniam autem dictus Marcus Antonius Po- stulator, quo Decretum hujusmodi firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communitari summo desiderat: Nobis pro- pterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaretur. Nos igitur ipsam Marcum Antonium Postulatorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & quibusvis excommunicatio- nis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotuatis exiit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie abolventes, & ab- solutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus in- sinuati, praesentium decretum super publico cultu ab immemorabili tempore praedictae Beate Joanne Valefse exhibito editum, auctoritate Apostolica tenore praesen- tium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plena- rios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suf- fragari, & ab eis respectivo inviolabiliter observari; Sic- que in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Audito- ros, iudicari, & definiti debere; ac scriptum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scien- ter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum praesentium lit- terarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ec- clesiastica dignitate constitutae munitis, eadem proflus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhi- beatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel solentae. Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis sub Annulo Piscatoris die XVIII. Junii MDCCXLII. Pontificatus Nostri Anno II. Pro D. Card. Passioneus. Cajetanus Amatius.

LIX. DERITIBUS

Seu Ceremoniis Sinesibus: Confirmatur Constitutio Clementis Undecimi, incip. Ex illa die. Permissio- nes quaedam publicatae a bon. mem. Carolo Ambrosio Mediodardo Patriarcha Alexandrino, reproban- tur, & annullantur: Praescribitur nova forma Jura- menti a Missionariis praestandi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo singulari providentia factum est, ut Orien- talium, & Occidentalium Indiarum Regiones

Europae innotesceret, Apostolica Sancta Sedes, quae ab ipsis Ecclesiae incunabulis Evangelicae veritatis lumen ubique diffundere, & illud ab omni erroris um- bra servare maximo studio curavit, in his quoque no- vissimis temporibus Evangelicos Operarios in antedi- ctas Regiones sedulo misit: ut Idololatria ibi late do- minante funditus eradicata, Christianae Fidei semen op- portune spargerent, atque horrentes illos, & incultos campos in fertiles florentesque vineas, uberrimos eter- nae vitae fructus daturas, commutarent. Ex Regionibus autem illis, quas Sancta Sedes praeter ceteris ante oculos habuit, fuit profecto amplissimum Sinarum Im- perium: in quo quidem negari non potest, quin Chri- stiana fides progressus ingentes fecerit, longe etiam majores factura, nisi contra inter Operarios a Sancta Sede illuc missos distulsi, cursum intercidissent.

§. 1. Occasionem distulsi ejusmodi dederunt Cere- moniae quaedam, & Ritus, quibus Sineses, ad Con- fucium Philosophum, & Majores suos honoribus pro- sequendos, uti consueverant: cum nonnulli ex Mis- sionariis contenderent, eas esse Ceremonias, & Ritus mere civiles, adeoque concedendos iis, qui relicto Ido- lorum cultu, Christianam Religionem amplectebantur; contra vero alii eos, utpote superstitionem olentes, sine gravi Religionis injuria permitti nullo modo posse assererent. Quae sane controversia multis annis Apo- stolicae Sedis curam, & sollicitudinem ad se traxit; cum id maxime caveat, ne zizaniam in agro Dominico radices agant, aut, si forte egerint, eae, quam cito fieri potest, evellantur.

§. 2. Primo itaque ad Sanctae Sedis Tribunal Cau- sam hanc detulerunt ii, qui Ceremonias illas, & Ri- tus Sinos superstitione imbutos suscipiebant. Super illis Dubia nonnulla proposita fuerunt Congregationi de Propaganda Fide, quae anno 1645. comprobavit responsa, ac decisiones Theologorum, qui Ceremonias, & Ritus eosdem superstitione revera infectos judica- runt. Proinde Innocentius Papa X. ad praesata Con- gregationis preces, omnibus & singulari Missionariis, sub poena excommunicationis latae sententiae, sibi, ac Sanctae Sedi reservatae, mandavit, ut responsa, ac decisiones praedictas omnino observarent, eaque ad praxim deducerent, donec sibi, & Apostolicae Sedi al- iter visum non esset.

§. 3. Verum paulo post ab aliis ejusdem Missionis Operariis alia Dubia de istem Ritibus, & Cere- moniis ipsemet Congregationi de Propaganda Fide fue- runt exhibita, ex quibus Ceremoniae ipse, Ritusque nullam in se superstitionem habere videbantur. Ne- gotium itaque hujusmodi ab Alexandro Papa VII. Sacrae Inquisitionis Congregationi commissum fuit: quae, prout varia, diversaeque ratione fuerat sibi de ist- dem Ceremoniis expositum, alias quaedam, tamquam mere civiles, & politicas, esse permittendas, alias vero minime tolerari posse judicavit; idemque Alexander Pontifex anno 1656. hanc sententiam probavit, & confirmavit.

§. 4. Sed ecce tertio ad Sanctam Sedem haec eadem controversia. Cum plura Dubia Sacrae Inquisitionis Congregationi proposita fuissent, illud quoque ab ea quaesitum fuit, utrum adhuc vigeret Innocentii Papae X. praecipuum, quo sub poena excommunicationis la- tae sententiae mandabat observantiam responsionum, ac decisionum, quae a Congregatione de Propaganda anno 1645. ut supra dictum est, emanaverant. Prae- terea, an, stantibus recens expositis dubiis, earum praxis retinenda foret: cum praesertim oblatre videretur Decretum Sacrae Inquisitionis; quod ab ea emana- vit anno 1656. super quaestis nonnullis, diversa ratio- ne, aliisque circumstantiis propositis ab Operariis Apo- stolicis in Sinarum Regno commorantibus. Respondit ad haec Sacra Inquisitionis Congregatio anno 1669., praesatum Congregationis de Propaganda Fide Decretum adhuc vigere, habita ratione rerum, quae fuerunt in dubiis expositae; neque illud fuisse circumscriptum a Decreto Sacrae Inquisitionis, quod anno 1656. emana- vit; immo esse omnino observandum juxta quaesita, circumstantias, & omnia ea, quae in antedictis Dubiis continentur. Declaravit pariter, eodem modo esse ob- servandum praedictum Sacrae Congregationis Decretum anno 1656. juxta quaesita, circumstantias, & reliqua in ipsis expressa. Hoc autem Decretum Clemens Papa IX. comprobavit.

PONT. A. II. Fidei pro- pagatio ab Apost. Sede promotu in Sinarum Imperio.

Diffidia inter Missionarios circa Ceremonias Sinesium, & praecipue circa cultum eiga deificatos.

Prima deci- sio Congr. de Propag. Fide, sub Innoc. X.

Mandat. observari Decretum editum a Card. de Tournon.

Alia resolu- tio quaedam Cong. sub Clem. IX.

PONT. A. II. §. 5. Cum autem omnia praesata Decreta pro va- riorum expostorum ratione fuerint facta, ac pro- mulgata, tantum abfuit, ut Rituum Sinesium con- troversia finem obtineret, ut magis illa vires, & incrementum acquireret. Nam fecisset Evangelicis Ope- rariis in partes, adducta res fuit in acriorem animo- rum, ac sententiarum contentionem. Atque hinc, non sine gravi scandalo, magnoque Fidei damno, con- fecta est praedictio non uniformis, & non eadem ubique Christianorum illorum disciplina, & institutio. De his autem absurdis certior factus Innocentius Papa XII. Praedecessor noster, id muneris sui omnino esse putavit, ut perniciosi adeo distidii finis daretur; pro- inde exactam, maximeque accuratam totius hujus con- troversiae discussionem Sacrae Inquisitionis Congrega- tioni commisit. Cumque nihil inventum reliquisset, quo sinceram facti notitiam obtineret, firmata quoque fuerunt de illius mandato summa cum diligentia Quaesita, quae per eandem Sacram Congregationem resol- verentur.

§. 6. Quaestorum illorum examen Innocentii Papae XII. mors intercept. Clemens autem XI. qui suc- cessit, Praedecessoris sui zelo plenus, coram se qua- litatem eorundem examen fieri voluit. Quamobrem post diuturnam, maturam, & accuratissimam rei di- scussionem, post auditas ex utraque parte rationes, quibus libere producendis unicuique locus amplissimus datus fuit, idem Clemens Papa Undecimus anno 1704. confirmavit, & Apostolica auctoritate comprobavit praememoratae Sacrae Congregationis responsiones ad omnia, & singula quaesita proposita, quibus Ritus Sineses, utpote superstitione imbuti, prohibebantur; mandavitque, praesatas responsiones ad Carolum Tho- mam de Tournon Antiochiae Patriarcham, Commis- sarium, & in Sinarum Regno Visitatorem Apostolicum transmitti; ut nimirum exactam earundem observan- tiam omnibus, & singulari Missionariis, penis quoque Canonice in refractarios indictis praecipere.

§. 7. Promulgavit quidem Patriarcha Antiochenus decisionem Apostolicam, addito Decreto, quo ab uni- versis ejus observantiam exigebat. Cum autem illam tentasset eludere, varisque inanibus rationibus ef- fugere ii, qui Sineses Ritus tamquam politicos, ac mere civiles propugnarent, praedictus Pontifex Cle- mens XI. Decreto, quod per Sacrae Inquisitionis Con- gregationem emanavit anno MDCCX. praecipit omni- modam, & inviolabilem earundem responsionum abs- que Apostolica auctoritate confirmatarum observantiam, & alia quae Decreto ipso continentur, quod est teno- ris sequentis.

§. 8. Decretum super omnimoda, ac inviolabili ob- servatione Responsionum, alias in Causa Rituum, seu Ceremoniarum Sinesium a Sacra Congregatione dato- rum, & a Sanctissimo approbatorum cum aliis Ordina- tionibus.

Feria P. die XXV. Sept. MDCCX. in Congregatione Generali Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Quirinali coram SS. Domino Nostro Domino Clemente Divina Providentia Papa XI. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominiis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus in tota Re- publica Christiana contra hereticam pravitatem Genera- libus Inquisitionibus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Idem Sanctissimus Dominus Noster in Causa Rituum, seu Ceremoniarum Sinesium, auditis, tam in Congrega- tionibus anno praeterito non semel, quam in aliis, mense, & anno praesentibus pluries coram Sanctitate Sua habitis, praesatorum Eminentissimorum, & Reveren- tissimorum Dominorum Cardinalium, qui rem mature, ac diligentissime discussurunt, sententias, decrevit, & declaravit; responsa alias in Causa hujusmodi ab eadem Congregatione data, & a Sanctitate Sua die 20. Nov. 1704. confirmata, & approbata, nec non Mandatum, seu Decretum ab Eminentissimo, & Reverendissimo Do- mino Domino Cardinali de Tournon, tunc Patriarcha An- tiochene, Commissario, & Visitatore Apostolico Generali in Imperio Sinarum die 25. Jan. 1707. hac de re editum, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inconcusse, & inviolabiliter, sub censuris, & penis in Mandato, seu Decreto hujusmodi expressis, observanda esse, quovis contrarietatum quavis colore, seu praetextu penis subla- to, ac pessimum non obstante quacumque appellatione a

Rejicit ap- pellationes ad S. sedem interpositas.

quibusvis Personis, sive Secularibus, sive Regularibus, etiam specificè & individua mentione, & expressione dignis ac quavis Ecclesiastica dignitate fulgentibus, ad Sedem Apostolicam interposita, quam propterea Sanctitas Sua rejiciendam esse decrevit, ac re ipsa rejicit.

Porro cum idem Dominus Cardinalis de Tournon in suo Mandato, seu Decreto supra dicto, Apostolicae decisio- nis die 20. Novembris 1700. late se expresse inherere professus fuerit, Sanctitas Sua ulterius declaravit, ip- sum Mandatum, seu Decretum, una cum censuris in eo contentis, ad normam eorundem responsionum accipiendum esse, nam nihil per illud responso praesatis additum, seu detractum fuisse censendum sit, ac omnia, quae in eis injunt etiam in Mandato, seu Decreto praedicto ines- se intelligantur.

Ceterum Sanctitas Sua, tamen non sine ingenti ani- mi sui dolore accepit, quod humani generis hostis multiplicata in die zizaniam in latissimis illis Regionibus superfeminare non cessat; non tamen propterea in ipsi Ca- tholicae Religionis propaganda saluberrimum, ac sanctis- simum opus nullatenus deservere volens, sed illud majori, qua potest, animi contentione, ac studio, illique pos- simum distulsi, quibus inibi Christianae Fidei lege ve- luti spiritus suffocatur, profusus submisit, ardentius sem- per, & enixius promovere cupiens; congruam superpre- missis, aliisque ad ea pertinentibus instructionem confici, illamque dicto D. Cardinali de Tournon, quatenus ad- huc in illis partibus commoretur, sibi minus, illi, qui ejus loco deputatus fuerit, necnon Episcopis, & Vica- riis Apostolicis, eorundem pariter transmitti manda- vit, qua non minus debite Apostolorum Decretorum executioni, quam Missionariorum concordiae, Evangelicae veritatis praedicationi, atque animarum salutis opportuno consulatur.

Demum, ut nimis illi de his rebus rescribendi licen- tia, quae non sine Fidelium scandalo inter Partes diu- rna contentione exasperata invaluit, modus imponatur, Sanctitas Sua distulsi praecipit omnibus, & singulis cu- jusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam de necessitate exprimenda, Regularibus, aliisque quibuscumque secularibus Personis, tam Ecclesiasticis, quam Laicis, quibuscumque tandem status, conditionis, & dignitatis existant, ut in posterum non audeant sub quovis quavis colore, vel praetextu, imprimere, vel quo- quomodo modo in lucem edere; Libellos, Relationes, Theses, Folia, seu scripta quaecumque, in quibus ex professo, vel incidenter de Ritibus Sincis hujusmodi, vel con- troversis desuper, seu illorum occasione exortis quomodolibet tractetur, sine expressa, & speciali licentia a San- ctitate Sua, seu pro tempore existente Romano Pontifice in Congregatione supra dictae Sanctae, & Universalis In- quisionis obtinenda. Ut autem ejusmodi prohibitio inviolabiliter observetur, eadem Sanctitas Sua voluit, & declaravit, contravenientes quocumque excommunicatio- nis latae sententiae, Regulares vero etiam privationis vo- cibus attingi, & passivae poenas ipso facto absque alia de- claratione incurere; & nihilominus alia viam poenis Sanctitatis suae, & Successorum suorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis subiacere. Libros porro, Libellos, Relationes, Theses, Folia, ac Scripta quaecum- que, quae in futurum contra praesentis prohibitionis teno- rem editi contigerint, (contra ullam aliorum habentium edi- torum approbationem, super quibus opportuno providetur,) pro expressa prohibitis haberi voluit, absque alia declaratione, sub penis, & censuris in Regulis Indicii Librorum prohibitorum contentis. Impressores vero, praeter Scriptorum sic impressorum amissionem, pecuniarii, aliisque corporalibus penis, juxta criminis gravitatem, teneri mandavit. In contrarium facientibus, non obsta- tibus quicquamque.

Joseph Bartholus Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis Not. Idem Cle- mens XI. praefatus Responsio- nes edita Constitutio- ne confir- mat.

§. 9. At vero, nec Decretum hujusmodi ad diffici- les animos subsiciendus valuit. Itaque Clemens idem Papa XI. quo illos tandem aliquando frenaret, Con- stitutionem anno 1715. evulgavit, qua solemniter ite- rum confirmavit antedictas Sacrae Inquisitionis respon- siones, easque exacte, & adamussim observari man- davit, praeculsi omnibus iis effugium quibus per- fectam earum observantiam contumaces homines aliquo pacto evadere possent: & est tenoris, qui sequitur.

§. 10. Clementis Papae XI. Praecipuum super om- nimoda, absoluta, integra, & inviolabili observa- tione.

ANNO 1742.

Declarat. ac Decreto nihil additum vel de- tractum Ro- gationibus datis anno 1704.

Pleniorum instrumto- rum coacti- juber.

Verat publi- cari scripta super Rit. Sin. absque licentia S. S.

Publicata vero prohib. bet, sub pa- nis etc.

Tenor Co- nstitutionis illa die.

ANNO 1742

ione eorum, que alias a Sanctitate sua in Causa Rituum...

Clemens Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Ex illa die, qua, nullo licet meritorum nostrorum suffragio...

Hoc consilio responsa illa, que ad varias questiones super hujusmodi rebus excitatas, prout diuturno examine...

Et autem, que in responsis hujusmodi decreta fuerunt, sequitur. Cum Deus Optimus Maximus...

Idcirco Tabellas cum inscriptione Sinica King Tein, Caelum colito, in Ecclesiis Christianorum...

Ad hac nullatenus nullaque de causa permittendum esse Christianis, quod præsint, ministrant, aut inter sint...

Præterea non esse permittendum Christianis, in Templis, seu Aedibus Progenitoribus dicatis Oblationes...

Item, nec esse permittendum præfatis Christianis, Oblationes, Ritus, & Cæremontias hujusmodi coram...

Verum, cum illis peragere, esse ministrare, aut interesse...

Non tamen per hæc sentendam esse damnatam præsentiam illam...

Demum permittendum non esse Christianis Tabellas defunctorum Progenitorum in suis privatis...

Per præmissa nihilominus non vetari, quominus erga defunctos peragi possint...

Non tamen per hæc sentendam esse damnatam præsentiam illam...

Demum permittendum non esse Christianis Tabellas defunctorum Progenitorum...

Per præmissa nihilominus non vetari, quominus erga defunctos peragi possint...

Idcirco Tabellas cum inscriptione Sinica King Tein, Caelum colito...

Ad hac nullatenus nullaque de causa permittendum esse Christianis...

Præterea non esse permittendum Christianis, in Templis, seu Aedibus...

Item, nec esse permittendum præfatis Christianis, Oblationes, Ritus...

Verum, cum illis peragere, esse ministrare, aut interesse...

Non tamen per hæc sentendam esse damnatam præsentiam illam...

Demum permittendum non esse Christianis Tabellas defunctorum...

PONT. A. II.

Fractura materialis non datur in quibusdam casibus &c.

De Tabella Progenitorum domj retineris.

Eorum exacerbatio Apostolice, Episcopalis, & Vicariatus Apostolice.

Referretur Decretum supra insertum §. 8.

Decreta irritantia.

Verum,

ANNO 1742

Verum, cum, sicuti ex eisdem partibus non sine intimo animi nostri dolore ad nos pervenit...

Hinc est, quod Nos, ex commissa Nobis divinitus Apostolice servitutis munere, difficultate, tergiversatione...

Præterea mori, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine partibus, harum serie statumimus...

Et donec huc prædictum in eisdem partibus existentium, præfate omnino debeat...

aut exerceat, immo nec tanquam deputati ab Episcopis, seu Ordinariis Locorum...

Quonia autem Juramenta hujusmodi per quoscunque Missionarios tam Sæculares, quam Regulares...

Superiores vero Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis...

Decernentes, easdem præfatas Literas, & in eis contenta quacunque, etiam ex eo, quod prædicti...

Præterea mori, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine partibus, harum serie statumimus...

Juramenta præfata exemplis auctoritatis.

Superiores cuicunque præfatis exemplis auctoritatis.

Decreta irritantia.

Non

ANNO 1742. Derogationis amplius.

Non obstantibus premissis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellarie Apostolicæ Regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universitatibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum, etiam Jesu, ac quarumvis Ecclesiarum, & aliorum quibuslibet, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac prescriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, Ordinationibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Ecclesiis prædictis, aliisque quibuslibet personis, etiam quantumvis sublimibus, & specialibus mentione dignis, a Sede prædicta ex quacunque causa, etiam per viam contractus, & remunerationis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine huiusmodi, seu ad quarumcumque personarum, etiam Imperiali, Regali, aliarum qualibet mundana, vel Ecclesiastica dignitate insignentium instantiam, aut earum contemplationem, seu alia quomodolibet in contrarium premissorum concessis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantumcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficiency derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alia in suo robore permissuris, ad premissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatam esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Formula Juramenti a Missionariis præstandi.

Formula autem Juramenti, sicut præmittitur, præstanti, est, quæ sequitur, videlicet: Ego N. Missionarius ad Sinas, vel ad Regnum N., vel ad Provinciam N. a Sede Apostolica, vel a Superioribus meis, iuxta facultates eis a Sede Apostolica concessas, missus, vel destinatus, Præcepto, ac Mandato Apostolico super Ritibus, & Ceremoniis Sinenfibus in Constitutione Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Divini Providentia Papæ XI. hac de re edita, qua præsentis Juramenti formula præscripta est, contento, ac mihi per integrum ejusdem Constitutionis lecturam optime noto, plene ac fideliter parebo, illudque exacte, absolute, ac inviolabiliter observabo, & absque ulla tergiversatione adimplebo. Si autem (quod Deus avertat) quoquo modo contravererit, toties quoties id evenierit, penis per prædictam Constitutionem impositis me subiectum agnosco, & declaro. Ita, tactis Sacrosanctis Evangelis, & promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Ego N. manu propria.

Ceterum volumus, & expresse mandamus, ut eadem præsentis Literæ, seu earum exempla, etiam impressa, notificentur, intimentur omnibus, & singulis memoratorum Ordinum, Congregationum, Institutum, & Societatum, etiam Jesu, Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc ut tam suo, quam prædictorum eis respectivè Subditorum, seu inferiorum nomine, ipsas Literas fideliter exequi, & observare sponteant, atqueque sponte huiusmodi in scriptis reddant, earum vero exempla prædicta pluribus suis, quanto citius fieri poterit, transmittant ad eosdem suos Subditos, seu inferiores in Sinis, aliisque Regnis, & Provinciis prædictis degentes, cum artissimis præceptis easdem Literas, & in eis contenta quæcumque plenarie, & integre, ac vere, realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia similiter exequendi, & observandi.

Quia vero difficile foret, Literas huiusmodi originarie ubique ostendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus, illarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, &

Formula Juramenti a Missionariis præstandi.

Preceptum de literarum transmissio- ne, & executione.

Exemplum auctari- 145.

sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eandem prorsus fidei tam in iudicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ habeatur ipsi presentibus, si forent exhibitæ vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Dat. die 19. Annulo Piscatoris die 19. Martii 1745. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

F. Oliverius.

PONT. A. II.

§. 11. Per Constitutionem Apostolicam adeo solemnem, qua Clemens Papa XI. se huic controversie fidenter testatur, justum & æquum videbatur, eos, qui Sanctæ sedis auctoritatem sepe quam maxime reverentè profitentur, humili, & obsequenti animo illius iudicio semet omnino subicere, nec ulterius quicquam cavillari. Nihilominus inobedientes, & captiosi homines exactam ejusdem Constitutionis observantiam se effugere posse putarunt, ea ratione, quod illi præcepti titulum præferunt, quasi vero non indistinctis legibus, sed Præcepti mere Ecclesiastici vim haberet; tum etiam, quod illam debilitatam existimarent ex Permissionibus quibusdam, quas super iisdem Sinenfibus Ritibus publicavit Carolus Ambrosius Mediolanensis Patriarcha Alexandrinus, cum Commissariis, & Visitatorem Generalem Apostolicum in his Regionibus ageret.

Hic quoque Constitutionis observantia est.

Preferunt ob premissa publicari a Patriarcha Alexandrin.

Pontifex prædictam Constitutionem amplissime confirmavit.

§. 12. Nos igitur animadvertentes, prædictam Constitutionem Christiani Cultus puritatem respicere, quem illa ab omni superfluitate seu immuni servare contendit, nullo modo ferre possimus, quemquam existere, qui eidem repugnare temere audeat, aut contemere, perinde ac ipsa Supremæ Apostolicæ Sedis decisionem, non contineret, & id, de quo agitur, non ad Religionem spectaret, sed quid per se indifferens foret, aut quædam variabilis disciplinæ ratio; Proinde auctoritate ab Omnipotenti Deo Nobis tradita uti volentes ad illam in suo robore omnino servandam, de auctoritate ejusdem plenitudine, non modo eam approbamus, & confirmamus, sed etiam, quantum possumus, omnem vim, & firmitatem, ad illam magis, magisque roborandam, ac stabilendam, adjuvamus, eamque in se plenam, ac omnimodam Apostolicæ Constitutionis auctoritatem habere dicimus, & declaramus.

§. 13. Permissiones autem, quarum obtentu aliqui prædictæ Constitutionis robur infringere conantur, originem duxerunt a Responsionibus quibusdam, quas duo viri, jam pridem in Sinarum Regno fuerant, ad quæstia nonnulla dederunt, quæ super ejusdem Constitutionis Apostolicæ executione, ac praxi, Missionarii quidam proposuerunt. Responsiones itaque huiusmodi, una cum dubiis illis, nullo tamen Romani Pontificis, sive approbantis, sive aliquid de suo addentis iudicio, transmissæ fuerunt ad præfatum Patriarcham Alexandrinum, ejus animi instruenti causa, utque illis uteretur, prout circumstantiæ rerum, ac temporis postularent: integro tamen remanente Apostolicæ Sedis Jure eas comprobandi, vel etiam revocandi, si quando contormes, aut repugnantes Constitutionis præfate decretis ullo modo competere forent.

Exponit, quid ex- sem demerit memoratis permissis.

§. 14. Vix Sinarum Regnum Patriarcha Alexandrinus ingressus, in eius angustis se positum intellexerit, ut coactus fuerit in publicum emittere, non quidem Responsiones, quas præmemorati duo Viri ad proposita quæstia dederant, bene vero Permissiones octo, quæ ab illis fuerant deductæ, atque inde ab eodem Patriarcha in Pastoralis sua Epistola insertæ, cujus tenor est, ut sequitur:

Ex sum Patriarcha de Alexandrin.

§. 15. Carolus Ambrosius Mediolanensis, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Alexandrinus, nec non in Indiis Orientalibus, ac Sinarum Imperio, frinitimque Regnis, & Insulis Commissarius, & Visitator Generalis Apostolicus cum facultate Legati de Latere &c. Omnibus Episcopis, Vicariis Apostolicis, ac Missionariis, qui in prædictis partibus degunt, salutem in eo, qui est omnium vera salus.

Tenor Epistole Pastoralis.

Benedictus Deus, & Pater Domini Nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut passivus, & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortatur & ipsi a Deo. Nil etenim Nobis magis in animo fuit, ex quo in Sinarum Imperium, Deo favente, pervenimus, quam cum his omnibus, qui in

Exordium.

PONT. A. II.

hac Evangelicæ vinea laborant, & ad os loqui. Desideravimus enim videre vos, ut aliquid imperitorem vobis gratie spiritualis ad confirmandum vos, id est simul consulari in vobis per eam, quæ invocem est, fidem vestram, atque meam. Verum, quia non supstantiam huius seculi locuti sumus, in timore, & tremore multo sumus apud vos, satiusque duximus, ad sedandam tempestatem adversus Evangelicos Operarios ingruentem, Nos in mare proficere, ut vos salvari sinatis. Adjutor noster nunc erit ille Deus, qui dedit Nobis in mari viam, & in aquis torrentibus semitam. Veritatem dicimus in Christo, non mentimur, testimonium Nobis perhibente conscientia nostra in Spiritu Sancto, quoniam tristitia Nobis magna, & continuus dolor adheret cordi nostro, quod presentes non potuimus solari vos, ut fructum aliquem haberemus, in vobis & in ceteris gentibus.

Existat Missionarius ad eorum manus impendendum.

At vero, quod non licet pro presentibus agere, saltem per epistolam non impedimus. Primum quidem gratias agimus Deo nostro per Jesum Christum pro omnibus vobis, qui Spiritu Sancto ferventes, & fortes, Sanctæ Sedis mandatis rationabiliter exhibitis ministerium vestrum, jactanter cogitatum in eam, cui a Domino dictum est: Pæce oves meas; cui tradite sunt ovæ Domini David; si aperit, non est qui claudat, si claudat, non est qui aperiat. Quosque estis, male animis, vigilate, stite in fide, viriliter agite, & confortamini, quia merces vestra magna est in Cælis. Ministerium vestrum implete, attendite vobis, & doctrinæ. Lucerne estote, non minus lucentes exemplo, ac zelo predicationis ardentes. Si qui vero adhuc essent hæsitantes, & in opere non efficares, obsecramus vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis Schismata, stis perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Non amplius invocem indicemus. Unusquisque vestrum pari humilitate, ac obedientia Sanctæ Sedis mandatis obsequatur, ut vestra obedientia in omne locum divulgetur.

Preferunt de eorum Constitutio- ne circa LA DIE.

Non enim opus est, ut aliquid adum faciamus, ut Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XI. mandata jam promulgata vobis innotescant, vimque habeant, ut absque ulla tergiversatione executioni mandentur. Nihil proinde innovamus: sed voluimus res, prout sunt, hoc est, nullatenus Constitutionem super Ritibus Sinicis a Sanctissimo Domino nostro Clemente Papa XI. die 19. Martii 1715, emanatam suspendimus, aut, que in ea continentur, permissimus.

Ob aliqua tamen quibusdam Missionariis circa quosdam Ceremoniis peragi consuetas parva dubia, ut quilibet in vinea Domini strenue, ac viriliter laborare queat, nonnulla adsumamus, que permissi poterunt: que & separatim unicuique secundum quæstia dedidimus, nisi compertum Nobis esset, una cum incertis nostris jam disseminata, proborum animos, & Christianos bene voluntatis non parum perturbasset. Omni igitur, quo poteritis, studio, ac diligentia curare debetis, ut Centium Ceremoniis penitus subleatis, illi sensim a Christianis, & pro Christianis usque recipiantur Ritibus, quos Catholica Ecclesia pie præscripsit.

Permissio- nes.

- I. Primo. Permittitur Christianis Sinenfibus in suis privatis domibus uti Tabellis desinctorum inscriptis solo nomine desinctorum, apposta ad latus declarationis debita, & omnia quæcumque superstitione in earum constructione, necnon secluso omni scandalo.
- II. Secundo. Permittuntur omnes Ceremoniæ Nationis Sinicæ erga desinctorum, que non sint aut superstitione, aut suspensæ, sed civiles.
- III. Tertio. Permittitur Consueti Cultus ille, qui civilis est, & etiam ejusdem Tabellæ purgatæ & litens, & superfluitosa inscriptione, & adjuvata declaratione debita; sicuti permittitur ante eas Tabellam correctam accendi candelas, uti odoros, apponi comestibilia.
- IV. Quarto. Permittuntur pro usu, & expensis sanctorum offerri candelas, odoros, adsumpta in schedula debita declarationis.
- V. Quinto. Permittuntur reverentiæ genuflexionem, & prosternationem erga Tabellam correctam, aut etiam erga seretrum, aut desinctorum.
- VI. Sexto. Permittitur preparari mensas cum dulciariis, fructibus, carne, & cibis usualibus circa, aut toram seretis, ubi sit Tabella correctæ, cum debita declaratione, & omni superstitione, pro quadam honestate tantum, & pietate erga desinctorum.
- VII. Septimo. Permittitur coram Tabella correctæ reverentia dicta Ko teu, tum in anno novo Sinico, tum in aliis anni temporibus.

Bullar. Rom. Genæ. XII. Tom. I.

Octavo. Permittitur coram Tabellis reformatis accendi candelas, uti odoros cum debitis caustis, sicuti etiam ante tumulum, ubi pariter collocari possunt cibi, ut supra dictum est, adhibitis caustis, ut in superioribus.

ANNO 1743. VIII.

Apostolici ergo viri Ecclesiam adhibentes non habentem maculam, neque rugam, potant manum suam ad ararium, nec respiciant retro. Videte fratres vocationem vestram; non enim auditores Legis justis sunt apud Deum, sed factores Legis justificabuntur. Obsecramus itaque vos, ut diligente ambuletis vocatione, qua vocati estis, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Ne diutius agamus secundum potestatem, paternæ vos commovere volumus per Epistolam. Amabilem illum Patrem familias, qui exiit primo mane conducere Operarios in Vineam suam, audite: Quid hic statis tota die otiosi? Itæ & vos in Vineam meam. Vocem Patris perpendite, & illam iudicis timeate. Ipsi vos probate, virtus enim Dei erit vobis in auxilium, ac plenam ministerio Verbi Dei sancti vicipietis mercedem, immarcescibilem nitrum a Pastorali Principe gloria coronam. Ne quis vos seducat inanibus verbis obedite veritati. Scitote, quod obedientes voci ejus, qui misit vos, rationem non eritis reddituri pro animabus, sed unusquisque vestrum pro se rationem reddet Deo. Quicumque sub aversis prætextibus cessandum sibi putat a ministerio Missionarii, ledit animam suam, & de alienis æternæ iudicis rationem reddet. Quam dabit homo commutationem pro anima sua, & pro alienis? Deus est veritas vera, vos palmæ. Qui non fuerit fructus in eum, crescent tamquam palmities, & colli, & alligati in fasciculos ad comburendum mittentur in caminum ignis inextinguibilis. Respicite Dominum nostrum Jesum Christum secus viam ambulantes, qui in saci arbore nihil invenit, nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te nascantur fructus in sempiternum. Si aliqui palmities jandiu corrent in amaritudinem, qui expectabantur ut tandem facerent uvas, spinas super spinas adhaesissent, ve, ve a die ire, a die furoris, & indignationis Domini! Attendite ad verba, que mandata vobis per Servum suum Dominum adhuc misericores. Revertimini ad Deum vestrum, manete in eo, qui manens in vobis purgabit vos, & desideratos cunctis gentibus fructus offeretis. Apostolico satisfecisse nos muneris iudicamus; non enim subterfugimus, quinimus ammitteremus omne consilium Dei vobis, ut nullam excusationem haberetis de peccatis vestris. De cetero quocumque eritis obedientes, fratres, gaudeat, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum.

Operarios ad liborem existas hortatur.

Cum vero ad promovendam in Neophitis debitam Decretis Apostolicis obedientiam, præsentium nostrarum Literarum notitiam ipsorum Neophitis minime necessariam esse, sed satis esse eos in viam salutis dirigere, juxta Pontificæ Constitutionis præscripta, compertum sit; ne quis eorum, ad quos præsentis Literæ directæ sunt, cuiuscumque Ordinis, aut Institutis, nec Congregationis fuerit, aut Societatis, etiam Jesu, præsentis Literæ, aut que in eis continentur (exceptis Permissionibus, que quidem caute, & ubi necessitas tantum, aut utilitas postulat, & patefacienda erunt) sine directe, sine indirecte per se, vel per alium voce tenus, aut scripto in Lingua Tartarica, aut Sinica veriant, aut quocumque modo culibet, qui Missionarius non sit, nota faciat, sub pena excommunicationis lætæ sententiæ, a qua non nisi a Nobis, aut a Summo Pontifice (præterquam in articulo mortis constitutus) absolvi possit, & quoad Regulares etiam privationis vocis adive, & passivæ, penis contrascentes ipso facto absque alia declaratione incurrendis, tenore præsentium veteramus, & in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, Datum Anno in Palatio nostre Residentiæ die 4. Novembris anni 1743.

Prohibet veritatem de publicatio- nem Episto- larum, sub cen- sura, & poe- nis, addita præcepto prædicti permissio- num usu.

§. 16. Cum autem Patriarcha Alexandrinus in prællata Pastoralis sententiæ suam satis præcedenter explicasset, nimirum Pastoralis huius vice Epistolæ notitia opus non esse ad promovendam in Neophitis erga Pontificæ Decreta venerationem, & observantiam, cum satis esset, ut iuxta Constitutionis Pontificæ mandata in via salutis dirigerentur; præterea cum omnibus, & quibuscumque interdendum voluisse, sub pena quoque excommunicationis lætæ sententiæ, ne quis illum in Sinenfem, aut in Tartaricum sermonem verteret, aut cuiquam, qui Missionarius non esset, eam palam faceret; de Permissionibus autem cum statuisset, non nisi caute, & ubi tantum utilitas, vel necessitas id postularet, esse evulgandas; profecto omnis, ad quem Pastoralis illa dirigebatur, ex tali procedendi modo haud obscure inferre debebat, quantis ille ani-

Dat. Macæ die 4. Nov. 1743.

Quid tenentur factis Patriarchæ Alex. ex ipsius pastoralis sententiæ.



